



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

4. In quibus consistat idoneitas Clericorum ad beneficia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](#)

cis instituendus non nisi ab Episcopo examinari potest super idoneitate, maxime ad beneficia curata, nam ad eum spectat examen non ad alium inferiorem, Conc. Trid. Sess 25. c. 9. *Dere-  
fert. Pias eccl. p. 2. c. 5. art. 2. n. 27.*

8. Ubi vero ex consuetudine institutio beneficiorum spectat ad Archidiaconum, ut in his locis passim et per dictum Concilii non derogatur.

9. Ceterum non potest Episcopus examinare promotum ad Ordinem vel beneficium a suo antecessore, nisi post promotionem supervenerit aliqua causa, ut in c. *Acceptimus sup. De statu & qualitate ordinand.* Sic enim & sacra Congregatio declaravit, Regularem semel examinatum & idoneum repertum ad confessiones audiendas, non debebare eodem Ordinatio vel ejus successore deinde examinari, Zetola 1. p. V. *Confessor* §. 2.

## §. IV.

In quibus consistat idoneitas Clericorum ad beneficia.

1. Consistit ea in ordine, etate, & ceteris qualitatibus.

2. Incapaces beneficiorum enumerantur.

3. Inter eos etiam filii sunt haereticorum.

4. Item excommunicati, interdicti, & irregulares.

6. Qui orao & quaeras requiratur, remissive.

7. Quae scientia & litteratura.

8. Beneficia quadam certa familia debita sunt.

9. Pravisi tenentes facere Fidei professionem.

10. Quaeritur igitur habilitas sive idoneitas praeficendorum beneficis seu admittendorum ad beneficia Ecclesiastica in ordine, etate, scientia, morum probitate, natalibus, & aliis, quae ad quadraginta septem cumulat. *Cæsar. Lamberrinus, referente Gonzales ad Reg. VIII. Cancell. Glos. 4. n. 109.* ubi subiungit. Quis est hodie, in quo illa concurunt, & laudabimus eum? Sed illa moraliter accipienda sunt, ut scilicet secundum mores humanos adint, quatenus fieri potest.

11. Ut vero summatim perstriagam, consistit pliò idoneitas in defectu canonici impedimenti. Hinc incapaces sunt beneficiorum Ecclesiasticorum, Primò, non baptizati, c. 1, sup. *De presb. non baptizato.* Secundò, non insigniti tonsurae, Ex literis sup. *De transact. Tertiò illegitimi,* quive defectum patiuntur natalium, c. 1. & 2. De filiis presb. ip. 6. Cum iis tamen possit dispensare Episcopus ad minores Ordines,

& ad simplex beneficium, d. o. i. Vide supra l. i. eod. ut.

3. IV. Fili haereticorum, & qui in Jure dicuntur credentes haereticis, veluti haereticorum fautores, defensores, receptatores, c. *Quicunque 2. h. haereticis &c. Statutum 15 De heres. in 6. Intellige de filiis haereticorum, qui tales esse, vel tales etiam deceperis probantur, de quæ illis haereticorum fautoribus & receptatoribus, quos similes per tentationem in judicio constituti fuisse & obiisse tales, d. c. Statutum: idque usque ad secundum gradum in linea paterna; in materna & cetero ad primum dumtaxat d. c. Statutum. V. Conjugari, sup. de Clericis conjugatis §. 2. VI. Bigami, sup. de bigamis non ordinis in fin.*

4. VII. Excommunicati, c. *Pestulatis 7. in princ. inf. De Clerico excommunic. Covat. inc. Almamater p. 1. §. 7 n. 1.* Si tamen conferatur beneficium excommunicato, ignoranti se esse excommunicatum, poterit illud retinere post absolutionem, dispensante eo, ad quem collatio spectabat. Riccius in Praxi Dee 184. n. 173. ubi subiungit, posse quem acceptare beneficium, sibiante excommunicationem collatum, & post absolutionem idem possidere ac retinere. VIII. *Suspensi. & Dilectus sup. De consuetudine.*

5. IX. Interdicti & violatores interdicti, c. i. sup. *De Postular. Prelat. X. Irregularis, ex quo-  
cunque irregularitatis capite.* Idque procedit, licet quis ignarus & necius sit hujus irregularitatis. Et collatio facta irregulari nullum ei tribuitur, proindeque si eum receptos tenerit restituere; non tamen privatur prius acquisitus, nec impeditur ab actu jurisdictionis, sed Ordinis dumtaxat. Ita latè Riccius Dee 185. Pias eccl. p. 2. c. 3. art. 3 n. 16. XI. Hostiliter persequentes, inse-  
quentes, persecutientes aut capientes S. R. Eccle-  
siæ Cardinalem, & ejus criminis socii; item & filii & nepotes in recta linea, c. *Felicis 5. in princ. De penit. in 6.* Huc referuntur percutientes, capientes, bannientes Episcopum, ejusque criminis socii, consiliarii, fautores & defensores: nam hi omnes itēq; filii ac nepotes redduntur ipso facto inhabiles ad acquirendā beneficia in ea Ecclesia & diocesi, in qua Episcopus praesidet, non etiam in aliis, Clem. 1. in princ. *De penit. & Glos. ibid.* XII. Cæci, qui horas Canonicas recitare nequeunt. Denique Simoniaci, & alii similes.

Quantum ad ordinem & etatem attinet or-

M m 2

dina.

dinandorum, & præficiendorum beneficii, vi-  
deri possunt, quæ alibi de his diximus, lib. I. tit.  
14. § 3. & 5. Quibus illud h̄i caddo, semper at-  
tendi eum Ordinem oportere, quem ipsa digni-  
tas vel beneficium ex sui natura vel consuetu-  
dine aut statuto requirit, non autem, quem for-  
tè requireret aliud beneficium eidem unitum:  
nam hoc non alterat, sed sequitur naturam  
eius, cui unitum est, prout in simili declara-  
vit sacra Congregatio Cardd. Interpp. Conc.  
cujus declarationem refert Pialec. p. 2. cap. 5. art.  
5. n. 17.

7. Scientia verò talis requiritur, quæ ad mu-  
nus beneficiorum annexum ritè & debitè obeun-  
dum est necessaria, arbitrio Episcopi & exami-  
natorum: ideoque major vel minor, pro di-  
versitate munorum. Pialec. d. art. 3. n. 11. & seqq.  
Repetenda hic quoque sunt, quæ de qualitate  
scriptissimus ordinandorum, d. lib. I. tit. 14. §. 2.  
Quod autem DD. communiter afferunt, col-  
lationem factam illiterato esse nullam, limitan-  
dum puto ad omnino salam illiteraturam cum  
quis Grammaticus non est, vel nescit legeret  
alioqui quando vel mediocris est doctrina ac  
literatura, existimo tenere collationem,  
sed beneficiatum beneficio privandum, tenen-  
tique ad renuntiandum, c. Dudum sup. De electio-  
ne, c. ult. sup. De atate & qualit. & c. 1. Nisi sup. De  
renuntiacione.

8. Videndum etiam est, ut, si beneficia de-  
beantur certis personis, seu certo generi per-  
sonarum, ex fundatione (cujus forma servanda  
est in provisione beneficiorum, Gatz. 7. p. c. 15.  
n. 4 & 5.) institutione, statuto, consuetudine  
vel privilegio, iis conferantur, modò scilicet  
sunt habiles, arg. I. Vi gradatim versie eis legere D.  
De munib. & honorib., Garz. d. loco n. 2. & 3,  
juncto num. 12. nam altius prælentatio vel pro-  
visio facta non habent qualitates, ex funda-  
tione requisitas, est invalida, nempe si quis,  
eas qualitates habens, contradicit & sibi pro-  
visionem fieri petat. Videatur pleniū Garz. d.  
loco.

9. Præterea observandum est, Concilium  
Tridentinum Sess. 24. c. 12. statuere, ut provisi-  
de beneficiis quibuscumque, curam animarum  
habentibus teneantur à die adeptæ possessionis  
ad minus intra duos menses coram Episcopo,  
vel eo in aedito, coram generali ejus Vicario seu

Officiali publicam Fidei facere professionem  
provisi autem de Canoniciis & dignitatibus  
in Ecclesiis Cathedralibus noui: solum coram E-  
piscopo seu eius Officiali, sed etiam in Capitulo  
idem præstare teneantur, sub penitentiæ ibidem sta-  
tutis. Vide Pialec. d. cap. 5. art. 3. num. 89. & Zy-  
pænum, Tit. de præbendis n. 3. Denique sub judi-  
cium hoc loco foret de modo quo conferri debet  
aut beneficia, sed quia de eo pro parte agitur in-  
fra in Tit. Vt Ecclesiastica beneficia sine dimis-  
tione conferatur. ideo h̄ic dicenda: ut simul, & se-  
mel ea de se tractetur, ad eum Tit. rejeicimus.

## TITULUS VIII.

### De concessione præbendæ & Ecclesiæ non vacan- tis.

#### §. I.

Beneficia quando conferenda,

1. 2. Beneficia non conferenda aut promittenda, nif-  
vacent.

3. Licei in genere quis promittat.  
4. 5. Expectativa sublata, etiam olim in Belig.

S Olent præbendæ ac dignitates, aliaque bene-  
ficia Ecclesiastica conferri aut promitti, ar-  
tequam videntur; & quandoque, dum vacant,  
non conferri: sequitur proinde, ut videamus  
ram de præmissionibus & concessionibus non  
vacantium, quām de negligentia circa conce-  
ssiones vacantium, & tradamus breviter, quando  
conferri debeant, vel non.

1. Conferri autem debent, quando vacant,  
& non antē, quia non vacantis beneficij colla-  
tio, tanquam continens totum caprandæ mor-  
tis alterius, (quod est contra bonos mores, l.  
ult. c. de pactis) est ipso jure reprobata & nul-  
la, c. 1. & 2. & per tot. hoc tit. can. Non furem VII.  
qu. 1. Adeò quidem, ut si quis impetrat scien-  
ter, aut se patiatur in beneficium viventis insti-  
tuti, ab Ecclesiastica communione sit arendus  
& de-